Matthias Lubienski Dei et Aplicae Sedis gra Archieps Gnesnen
Legatus Natus Regni Poloniae Primas Primusq Princeps.

Significamus Omnibus Lris Nostris quorum interest Vniversis. Quia Nos Commendatam et exploratam habentes promptitudinem obsequiorum Nobis et Antecessoribus Nostris circa rem Oeconomicam Clavis Lyskovicen per N. Ioannem Piotrowski à pluribus annis fideliter et diligenr prestitorum, Volentesq ad ead obsequia diligentiore et alaciore reddere, atq ne Laboribus ad Curiam Lyskovicen ex Vno Manso agri quem Vna cum Nobili Regina Consorte sua possidet, ab obsequiis Curiae Lyskovicen abstrahatur, ipsum praedictamq eius Consortem ad vitae vtriusq tempora, à Laboribus omnibus, ad quos praestandos intuitu possonis dicti Mansi obligabantur, et alij in Villa Nra Lyskovicen Coloni obliganr, Liberos facimus. Sub ratihabitione tamen Illmum et Rdm Rndorum Anorum Praelatorum et Canicorum totius Venblis Capli Almae Nrae Ecclesiae Metropolitanae Gnesnen Fratrum Nrorum Charissimorum, et cum ea Conditione, Vt quamdiu iidem Coniuges Vixerint, rone Laborum, a quibus eximuntur, et pensionum omnium ex eodem Manso iuxta inventarium bonorum Clavis Lyskovicen provenientium, ad thesaurum Nostrum florenos triginta Polonicales singulis annis pro festo Sancti Martini Epi et Confessoris solvere teneantur. Promittimus aut pro Nobis et Illmis Successoribus Nris, quod quamdiu praefatus N. Ioannes Piotrowski cum sua Consorte Vixerit, ipsum et ipsos ad praestandos Labores non cogemus. In quorum omnium fidem praesentes. Manu Nra subscripsimus, et sigillo communiri iussimus Datum Loviciij die octava Men Aprilis Anno Dni Millmo. Sexcentmo. Quadragmo Octavo.

Matthias Lubienski
Archieps Gnesnen

Locus Sigilli
Illmi

Locus Sigilli
Venblis Capli
Gnesnen

Stanislaus Stawenski
Cancellus Gnesnen

Copia Przywileiu
na włokę roley

Piotrowski